

dabile portamentum eius in guerris laboribus et seruicijs communis Veneciarum
 75 et specialiter in tempore rebellionis Crete sunt ita manifesta quod non expedit
 cum uerbis superfluis fatigare ducale dominium. Et propterea supplicatum fuerit
 ex parte sua quod consideratis predictis et maximis damnis receptis per eum ut
 omnibus notum est, dignetur dominatio nostra eidem graciose concedere quod
 possit in insula Crete emere et acquirere usque quinque kauallarias, ut melius
 80 poterit, subiacendo oneribus et factionibus solitis, non possendo ipsas emere in
 districtu Rethimi. Cui petitioni respondent ser Petrus Mozenigo et ser Donatus
 Truno olim duche Crete quod dictus ser Mapheus Kalergi est fidelis et bonus
 homo et meruit gratiam et quod putant esse bonum quod fiat sibi gratia de illa
 quantitate que uidebitur ducali dominio, emendo ipsas kauallarias in districto
 85 supposito regimini Candide et infra duas scalas et non possendo ipsas emere in
 districtu Rethimi; uadit pars consideratis predictis quod fiat gratia et concedatur
 dicto ser Mapheo Kalergi quod possit emere quinque caualarias sicut consulunt
 nobiles predicti. Et si consilium etc.

7. Capta. Quod die Ueneris proximi post nonam uocetur istud consilium ad
 90 petitionem aduocatorum communis pro dando expeditionem ser Simoni Dalmario
 ituro in proximum rectori Canee sub pena librarum trium et aduocatores exigant
 92 habendo partem ut de alijs sui officij.

15

Παρέχεται ἡ ἄδεια εἰς τοὺς ἐκ Τενέδου Ἰωάννην Παύλου καὶ Θεόδωρον Ἀμάραντον νὰ κατοικήσωσιν
 ἐλευθέρως καὶ κατὰ βούλησιν ὅθεν δῆποτε. 1385, Ἰουλίου 7.

F^o I I O^{to} Millesimo trecentesimo LXXXV, die VII Julij.

Capta. Quod scribatur regimini nostro Crete quod uisis litteris suis; super
 facto Johannis Pauli et Theodori Amarando, fidelissimorum nostrorum de The-
 nedo sumus contenti cum nostris consilijs minori, Rogatorum, XL et addicionis
 5 quod Johannes Paulo et Theodorus Amarando sint in sua libertate eundi, standi
 et redeundi quo uoluerint ad suum beneplacitum.

16

Ἐπειδὴ ἡ στρατολογία τοῦ κατέργου ἐν Εὐβοίᾳ καθίσταται ἐπαχθής, αὕτη θὰ ἐνεργῇται ἐν Κρήτῃ.
 Ἡ προκαταβολὴ μισθῶν τῶν πληρωμάτων τούτων δύο μηνῶν καὶ ἡμίσεως καταβληθήσεται ὑπὸ
 τοῦ ταμείου Κρήτης. Ἡ θητεία καθορίζεται πεντάμηνος, πλὴν ἐὰν ἡ διοίκησις Εὐβοίας, λόγῳ
 ἀνάγκης ἤθελε παρατείνῃ ταύτην. Ὑποδεικνύεται ὁ τρόπος ἀνόδου εἰς Εὐβοίαν καὶ ἐπανόδου εἰς
 Κρήτην τῶν πληρωμάτων. Σύγκρισις δαπάνης στρατολογίας πληρωμάτων ἐν Εὐβοίᾳ καὶ ἐν
 Κρήτῃ. 1385, Ἰουλίου 7.

F^o I I I^{te} Millesimo trecentesimo LXXXV, die VII Julij.

Cum armamentum galee Nigropontis tenendo modum solitum scilicet acci-

piendo totam zurmam ibi redundet in intollerabilem grauitatem nostrorum fide-
 lium habitatorum terre nostre predictae maxime quia dicta galea armatur eo
 tempore quo homines illius terre consueuerunt traficare per illas partes et facere
 facta sua, de quibus uiuunt et se substantant cum eorum familijs et accipitur
 magna pars ipsorum uiolenter sicut notum est, quod quidem est causa faciendi
 quod homines recedant et derelinquant ciuitatem nostram predictam. Et propte-
 rea super hoc sit necessario prouidendum; uadit pars quod committatur baiulo
 et consiliarijs Nigropontis quod de cetero in armamento dicte galee teneant
 istum modum uidelicet quod singulis annis tempore debito scribere debeant regi-
 mini Candide quod faciant soldari centum homines a remo pro dicta galea Nigro-
 pontis et committatur regimini Candide quod ita debeant obseruare scilicet quod
 ad requisitionem dictorum nostrorum baiuli et consiliariorum Nigropontis soldare
 debeant dictos centum homines de pecunia camere Crete soluendo eis de men-
 sibus duobus cum dimidio et firmando ipsos pro mensibus quinque et tanto
 pluri quantum uidebitur regimini Nigropontis, quos homines regimen Crete mit-
 tat Nigropontem cum una galea uel galeota aut alio nauigio communis, sicut
 eidem regimini melius uidebitur. Residuum uero zurme dicte galee Nigropontis
 et homines de pede accipiantur de Nigroponte per baiulum et consiliarios secun-
 dum usum tenendo modum quod applicantibus illuc illis de Creta, dicta galea
 sit ita parata et in ordine quod possit subito exire extra et attendere ad honorem
 domini et bonum insule cum dicti homines applicati Nigropontem noui lucra-
 bunt aliquod soldum nisi a die in anno quo recedunt cum galea, sicut faciet
 aliqua zurma.

Et quia est prouidendum de expensis fient per nostrum commune ob hanc
 causam et etiam ut habeatur persona pro soluendo gentibus predictis que acci-
 pientur de Creta pro eundo Nigropontem et redeundo in Cretam et pro concerio
 dicte galee uel galeote uel alterius nauigij quod tragitabit et reuertetur eos ordi-
 netur in hunc modum primo quod regimen Crete faciat naulizare predictam
 galeotam, galeam uel nauigium omnibus uolentibus mittere in Nigropontem. Et
 similiter in reditu naulizetur pro Creta per regimen Nigropontis et nabula que
 precipientur conuertantur in solutione dictorum centum hominum pro eundo et
 redeundo et pro concerio dicte galee seu alterius nauigijs eos conducentis, ut
 dictum est.

Pro recuperando uero illud quod expendetur per cameram nostram Crete
 pro soldando dictam gentem pro mensibus $2\frac{1}{2}$ ut dictum est ne nostrum com-
 mune propterea subeat ullas expensas ordinetur quod illa pecunia, que consueuit
 dari baiulo et consiliarijs Nigropontis hic in Venetijs ante suum recessum pro

- 40 parte sui salarij remaneat hic nec detur amplius que quidem ascendit circa ducatos v centum xxvii auri, sed solvatur dictum dicto baiulo per uniuersitatem Nigropontis per illum modum, quo soluti forent illi centum homines si stipendiati fuissent in Nigroponte, quia expense dictorum hominum pro dicto tempore mensium $2\frac{1}{2}$ poterit ascendere circa quantitatem predictam.
- 45 Uerum quia ad solidandum centum homines in Candida pro galea predicta, ad solidandum in Nigroponte uenit ad restandum communitati Nigropontis libre mille uel circa eo quod homines Candide non constarent nisi libre 8 et homines Nigropontis constant libras 10; uadit pars quod committatur eidem regimini Nigropontis quod illas libras mille uel circa seu illud quod restabit ab eo quod
- 50 tenetur expendere communitas Nigropontis in armamento ipsius galee pro mensibus quinque quibus eam armare tenetur, debeat exigere et expendere solum pro acozamento arsenatus donec fuerit in ordine, et aptato arsenatu predicto debeat illud quod exigent dispensare in soluendo debita communis et in faciendo alias expensas necessarias pro nostro communi, prout sue sapientie uidebitur.
- 55 De parte 18-16.—De non 41-52 Capta.—Non sinceri 27-19.

17

Φο 139^{to} Ἐπιτρέπεται εἰς τὸν εὐγενῆ Κάρολον Ζένον, ὅστις ἀπέστειλεν εἰς Κρήτην δύο τόπια καὶ ἥμισυ ἐρυθροῦ ἐριούχου (scarlato) καὶ κατέβαλε τὸν δασμόν, νὰ ἐπαναστείλῃ εἰς Βενετίαν, διότι δὲν ἠδυνήθη νὰ πωλήσῃ ταῦτα, λόγῳ τοῦ ὅτι εἶχον κηλίδας. Ταῦτα θὰ προσπαθήσῃ νὰ ἐπαναφέρῃ εἰς τὴν προτέραν κατάστασιν καὶ νὰ ἐξαγάγῃ ἀτελῶς ἀφ' οὗ ἐπληρώθη ἅπαξ ὁ δασμός. 1385, Σεπτεμβρίου 1.

ΣΗΜΕΙΩΣΕΙΣ ΚΑΙ ΣΧΟΛΙΑ

Οἱ αὐξόντες ἀριθμοὶ τῶν σημειώσεων ἀντιστοιχοῦσι πρὸς τὸν αὐξόντα ἀριθμὸν τῶν θεσπισμάτων.

Σημείωσις. Τὰ θεσπίσματα τὰ ἔχοντα ἐπουνσιώδη σημασίαν ἢ ἀφορῶντα διορισμοὺς παρατίθενται ἐν Ἑλληνικῇ περιλήψει.

1. Σχετικὸν πρὸς τὸ ὑπ' ἀριθμὸν 28 τοῦ προηγουμένου βιβλίου φαίνεται ὅτι οἱ χωρικοὶ οἱ μεταφέροντες τὰ προϊόντα των ἐν τῇ πόλει κατῳρθῶσαν νὰ δικαιοῦνται εἰς τοῦτο, τοῦ ρέκτορος ὑποχρέου ὄντος νὰ ἐκδίδῃ τὴν σχετικὴν ἄδειαν. Ἀλλ' ἡ ἄδεια αὕτη διὰ τοὺς χωρικοὺς τῶν ἀπομεμακρισμένων χωρίων, ἦτο ἀφορμὴ μεγάλης δαπάνης διότι ἦσαν ἠναγκασμένοι νὰ μεταβαίνωσιν εἰς τὴν ἔδραν τοῦ ρέκτορος. Ἐνεκα τούτου κατόπιν ἐνεργειῶν κατῳρθῶσαν νὰ ἀπαλλαγῶσι τῆς ἀδείας τοῦ ρέκτορος. Τοῦ λοιποῦ, οἱ χωρικοὶ ἐλευθέρως ἠδύναντο νὰ μεταφέρωσι τὰ προϊόντα των.

